

tur. Cum enim prosperitas facit hominem sui ignarum, aduersitas tamen facit eum sobrium, & prudentem. Boet. lib. 2. de consol. prosa. 8. Nemo enim in pace vires suas agnoscit. Quo ad proximum facit hominum compas sium. Sic de casu beati Petri sentiunt doctores q̄ ideo permisus est cadere, vt in se disceret quomodo proximis subveniat. Tertiū humiliat ac contra superbiam defendit. De qua Grego. 2. moral. Pia conditoris dispensatione agitur, vt de se confidens anima dispensatoria tentatione pulsetur, quatenus infirmata, quid sit inueniar, & factum pr̄sumptionis propriæ deponat. Mox enim ut tentatio mente pulsauerit, omnis cognitionum nostrarū pr̄sumptio, tumultusq; cōquiescit. Hinc Paulus ait: Ne magnitudo reuelationum extollat me &c. 2. Corin. 12. Exeret quartū, vt homo ad virtutum opera promptior sit, & agilior, quin immo virtutes ipsas, pugnando contra vitorum tentatione acquirimus. Virtutes enim sunt circa difficultia 2. Ethic. cap. 3. Et virtuosi erim⁹ non nisi circa huiusmodi difficultia operando. Nam sicut citharizando citharistæ sumus, ita iustè operando iusti. 2. Ethic. Immo neq; virt⁹ neq; habitus generatur in his operibus quæ sine omni difficultate, & mērē naturaliter hunc, ubi agens ad oppositum affluefieri nequit, ut ex motu grauis deorsum, & ex sepe videre, audire &c. nō generatur habitus, vt ostendit philosophus ubi supra. Sed circa voluntates, & iustitias scilicet vinclandas est virtus moral. Propter voluntatem male opera mur, propter tristitia à bonis recessimus. Hæc ergo contemplando virtuosi efficiuntur. Sicut in fortitudine exemplificat philosophus. Aflueri, inquit, contemnere terribilitatem, & sustinere ipsa efficiunt fortes, & effecti maximè poterimus sustinere ca. 2. Sic et recedere à voluptate efficiunt temperati, & effecti. maximè possumus recedere ab ipsi ibi dem. Patientiam quintū p̄ficit, sicut Iacobus ait. Probatio fidei vestra patientiam operatur, eiusdem 1. Hæc au-

tem nobis necessaria est, vt voluntatē, Dei facientes, reportem⁹ reprimissio- nes ad Heb. 10. Qui autē à tentatione quiescit, omnimoda quiete fruēs, haud dubium impatiens est. Hinc ait Boet. Felicissimi cuiuscunq; delicatissimus sensus est, & nisi ad nutrum cuncta sup petant, omnis aduersitatis insolens, minimeq; prostermitur 2. de consol. pro- fa. 4.

Erigitq; sextū ad spēm. De hoc Gre- go. 2. moral. Bona nostra antiquus ho- stis malitiosè attricatæ appetit, sed erigit tē hæc tentia. Deus non nisi benigne permittit, ut dum mens tentatione pulsante, in bonis, quibus gaudebat, concutitur, imbecillitatis sua debilitate cognita, in spe diuini adiutorij robustius sollicitetur. Nec modice spei pr̄sumptio est, dum nobis conceditur pro Christo tentari, ac turbari. Ideo Philippensis buss ait apostolus, quasi præciosum munus tentationem recommendans. Vobis datum est à Christo, ut non solum credatis in eo, sed ut etiam pro illo patiāmin, idem certamen habentes, quale, & vidisti in me. ibidem. 1. Septimò accedit ad amorem. Cum enim plura Dei experimur beneficia magis ad dilectionem illum accendimur. Sed insigne beneficium est eripi, ac iuuari in tentatione, quod cum tēratus experitur, feruentis quasi noua facie inflammatur. Ideo David de manu Saul, & omnium inimicorum suorum per dominum liberatus cecinir: Diligam te domine virtus mea, dominus firmans tūm meū & refugium meum, & liberator meus. Octauò excitat ad gratitudinem. Nam ut ait Grego. 2. moral. nonnunquam dum mens nostra diuini muneris plenitudo fulcit si continua in his securitate perficitur, à quo sibi hæc sint, obliuiscitur, seq; à se putat habere, & nunquam sibi abesse considerat. Vnde fit ut aliquando hanc subortis aduersitatis eventibus, metus vēhemens percutiat, vt cōculsa discat, cui tribuat, & in quibufdam fortiter fieret. Tūc enim vere cognoscimus bona nostra, vnde sint, quando hæc quasi amittendo se- timus